R. 7 B. A. Fer. 4. (*Jejunium*) S. Ambrosii Ep. C. Doct. dup. ll. 1. n. *Fidelis*, rel. III; com. fer. in L. et M. sine com. Cr. Vesp. de seq., com. fer., tant. In Hymn. *Jesu ... qui natus*, et sic per Oct.

V. 8 C. A. Fer. 5. Concept. B. M. V. dup. 1. cl. cum Oct. (*Fest. Fori.*) Off. ut in ... 2. Ant. ...

9 27 C. Vid. Dom. I. Advent. Templ. Off. ex ejus. Off. et in Vesp. et suf. Dom. Nov. Off. *Te Deum.* sed 9. R. (*et sic in Dom. seq.*); com. sine lect. S. Valeriani in L. et M. per. sine Gloria 2. Or. S. Valeriani ex Miss. Sacerd. Off. (*et sic Sacr. et Poste.*) 3. Or. *Deus, qui de B. M. V.*, Cr., Praef. SS. Trinit. *(in Ss. Benef. Dom. Ad Vesp. dir. Ps. Confitemini. Symb. Quicumq. V. Qui ven-tur. ex. (qui). dic. in quot. per Advent. etiam in Fest. Ss. ubi nihil notat.)* praec. et hor. hor. *Dom. misereri.* In 2. Vesp. com. S. Valeriani et seq. *Ubi hoc tridue fit Exposit. 40 Horar., dic. ult. Or. de Ss. Sacramento excepta die 3 tii. ...) In locis Metrop. in Miss. de Tempore per Advent.* (in quib. hoc pals. Or. sec.) Miss. cum Planet. plic. etc. et in die Cinar., excepta Dom. Gaudete.

28 C. 2. Fer. 2. Ss. Ostiane Coronate, Sim. com. (in Brev. S. Ant.); R. 1. a. cur. fer., 2. a. IV. ppr. vel. 2. lor., 3. R. *Haec est vera frat.*, com. fer. Ant. ppr. V. *Vox clamantis.* Or. Dom. praec., (*et sic semper. per Hebd.*) in L. et M. *Suppleat. Ss.* Or. etc. ppr., 3. Or. *Deus, qui de B. M. V.* Ad Grad. V. *Haec est vera frat.* ex Miss. 27. Sept. Vesp. a cap. de seq. com. praec., fer. Ant. ppr. V. *Rorate.* Or. Dom. praec., et S. Saturnini M. Ant. et V. ex Laud.

29 C. 3. Fer. 3. (*Vigil. sine jejun. de quo nihil in Off.*) S. Theodori M. Sem. (*in Brev. 2. Sup.*); R. 1. a. cur. fer., 2. a. IV. ppr. vel 2. lor., com. fer., et S. Saturnini Ant. et V. ex I. Vesp. in L. et M. *Laetabitur.* Or. etc. ppr., 4. Or. Vigil. Ev. *Si quis vult.*, et Ev. Vigil. in fin. Vesp. de seq., com. fer. tant.

In Ecl. Metrop. cant. 2. Miss. 1. de Fest. post Tert. 2. Or. S. Saturnini, 3. Deus, qui de B. M. V. II. de Vigil. post Non. 2. Or. fer., 3. Deus, qui de B. M. V. etc. ut 28. hujus.

15 30 C. 4. Fer. 4. (*Jejunium*) S. Andreae Ap. Dup. 2. cl. Off. ppr. et dic.; com. fer. in L. et M. ppr. cum Cr., et Praef. Ap. In 2. Vesp. com. seq. Or. *Deus, qui nos conced.*, et fer.

☾ Nov. N. 1. hor. 7. m. 38. Vesp.

DECEMBER.

1 C. R. Fer. 5. Ss. Donati et Soc. Mm. dup. (*fuit 21. August.*); ll. 1. n. cur. fer., rel. 2. loc., com. fer. in L. et M. *Sapient. Ss.* Vesp. a cap. de seq. Or. *Exaudi*; com. praec., et fer.

2 C. A. Fer. 6. (*Jejunium.*) S. Chromatii Ep. Aquil. C. dup., ll. 1. n. cur. fer., rel. in Lib. nov., com. fer. in L. et M. *Sacerd. tui*, Ev. *Vos estis.* de Com. Doct. sine Cr. Vesp. a cap. de seq., com. praec., et fer.

R 3 C. A. Sab. S. Francisci Xav. C. dup., ll. 1. n. cur. Sab., rel. ibi; com. Sab. in L. et M. ppr. In 2. Vesp. com. Dom. Ant. *Veni Dne.*, et S. Petri Chrysol. Ep. C. Doct. Ant. *O Doctor.* (*in qua sicuti in Or. non omitt. praedicat.* Chrysolog.)

† 4 C. Viol. Dom. II. Advent. 2. cl. De ea sem. Off. ut in Psalt. et ppr. loc., com. sine lect. S. Petri in L. et M. sine *Glor.*, 3. Or. *Deus, qui de B. M. V.* cum Cr., Praef. SS. Trinit., et in fin. *Bened. Dno.* Vesp. de seq. *mer., supr.*, com.

R Dom. Ant. *Tu es.*, S. Petri Crysol., et S. Sabbae Ab. C. Ant. ex Laud. ℣. *Os justi.*

„ *In Eccl. Metrop. Min. etc. ut in Dom. I. Advent.*

R 5 C. A. Fer. 2. S. Joan. a Cruce C. dup. (*in Brev. 24. Nov.*); ll. 1. n. cur. fer., rel. ibi; com. fer., et S. Sabbae Ant. et ℣. ex 1. Vesp. in L. et M. *Os justi I.* Or. ppr. Vesp. a cap. de seq., com. praec., et fer.

R 6 C. A. Fer. 3. S. Nicolai Ep. C. dup., ll. 1. n. cur. fer., rel. ibi; com. fer. in L. et M. ppr. Vesp. a cap. de seq. *Mer. supr.* Ant. *O Doctor.*, com. praec., et fer.

R 7 C. A. Fer. 4. (*Jejunium*) S. Ambrosii Ep. C. Doct. dup., ll. 1. n. *Fidelis.*, rel. ibi; com. fer. in L. et M. ppr. cum Cr. Vesp. de seq., com. fer. tant. In Hymn. *Jesu . . qui natus.*, et sic per Oct.

† 8 C. A. Fer. 5. Concept. B. M. V. dup. 1. cl. cum Oct. (*Fest. Pal.*) Off. ut ibi; 3. Ant. 3. noct.

Angelus Dni. com. fer. in L. et M. ppr., Cr., et Praef. *Et te in Concept.* per Oct. Ad Prim. ℣. *Qui natus.* item per Oct. In 2. Vesp. com. seq. Or. *Exaudi.*, et fer.

„ *Hodie prohib. Miss, in Orat. privat., et Solemn. de Req. etiam praes. Cadavere.*

☽ **Hodie P. Q. hor. 1. m. 50. mane.**

9 C. A. Fer. 6. (*Jejunium*) S. Syri Ep. C. dup., ll. 1. n. cur. fer., rel. in Lib. nov., com. Oct., et fer. in L. et M. *Sacerd. tui*; Cr. etc. ut heri. In 2. Vesp. com. seq., Oct., fer., et S. Melchiadis Pp. M.

R 10 C. R. Sab. S. Bibianae V. M. sem. (*in Brev. 2. huj*); ll. 1. n. cur. Sab., rel. ibi; com. Oct. Sab., et S. Melchiad. in L. et M. *Me expectav. I.* Or. ppr., Cr. etc. (*Secr. pro S. Melchiad.* Munera. *ex Miss.* Sacerd. Dei.). Vesp. a cap. Dom. III. Advent. Ant. *Ante me.*, com. S. Damasi Pp. C.,
R praec., et Oct.

† 11 C. Viol. Dom. *Gaudete.* III. Advent. 2. cl. De ea sem. Invit. *Prope est.*, rel. ut in Dom. I. Advent., et ppr. loc., com. sine lect. S. Damasi, et Oct. in L. et M. sine *Glor.* cum Cr., ac Praef. *Et te in Concept.* Ad Prim. ℣. *Qui natus.* sine prec. Vesp. de seq. Or. ppr. in Lib. nov., com. Dom. Ant. *Beata es.*, S. Damasi Ant. *Dum esset.*, et Oct.

„ *In Eccl. Metrop. Min. cum Dalm., Organ. puls., et sic seq. fer.*

R 12 C. R. Fer. 2. S. Barbarae V. M. dup., ll. 1. n. cur. fer., rel. in Lib. nov., com. Oct., et fer. in L. et M. *Loquebar.* Or. ppr. in Fol. nov., Cr. etc. Vesp. a cap. de seq. ut ibi; com. praec., Oct., et fer.

R 13 C. R. Fer. 3. S. Luciae V. M. dup. Off. ppr., com. Oct., et fer. in L. et M. ppr., Cr. etc. Vesp. a cap. de seq. ut ibi; com. praec. ppr., Oct., et fer.

R 14 C. R. Fer. 4. (*Quat. Temp.*) S. Clementis Pp. M. dup. (*in Brev. 23. Nov.*) Off. ut ibi; ll. 1. n. *A Mileto.* 1. loc., 2. n. ppr., 3. n. *Vigilate.* de Com. C. Pont. 2. loc. ℟℟. de Com. un. M., com. Oct., 9. l. et com. fer. Ant. et Or. ppr. in L. et

M. ppr. (*Or. fer. quae est ante I. Epist.*); Cr. etc., et Ev. fer. in fin. Vesp. de seq. ut in I. Vesp. Fest., com. praec. Ant. ppr., et fer.

„ *In Eccl. Metrop. cant. 2. Miss. I. de Fest. post Tert. II. de fer. post Non. in C. Viol. ut in Missal. etc. et in fin.* Bened. Dno.

15 C. A. Fer. 5. Oct. Concept. B. M. V. dup., ll. 1. n. cur. fer., rel. ibi; com. fer. in L. et M. ut in Fest., Cr. etc. In 2. Vesp. com. seq., et fer.

16 C. R. Fer. 6. (*Quat. Temp.*). S. Eusebii Ep. M. sem., ll. 1. n. *A Mileto.* 1. loc., rel. ibi; 8. ℟. *Dne. praevenisti.*, 9. l. et com. fer. Ant. et Or. ppr. in L. et M. *Sacerd. Dei.*, 3. Or. *Deus, qui de B. M. V.*, et Ev. fer. in fin. Vesp. de seq. *mer. supr.* Or. *Deus, qui nos.*, com. praec., et fer.

„ *In Eccl. Metrop. cant. 2. Miss. I. de Fest. post Tert. 2. Or.* Deus, qui de B. M. V., 3. Eccl. *vel* pro Pp. *II. de fer. post Non. etc. ut ibi et 23. Jun.*

🌕 **Hod. P. L. hor. 5. m. 58. mane.**

17 C. A. Sab. (*Quat. Temp.*). S. Daniel. Proph. C. dup. (*fuit 11. Sept.*); ll. 1. et 2. n. ex Dom. III. Nov., 3. n. ex Dom. XXIV. post Pent., 9. l. et com. Sab. Ant. et Or. ppr. in L. et M. in Fol. nov. (*Or. Sab. quae est ante I. Epist*); et Ev. Sab. in fin. In 2. Vesp. com. Dom. Ant. *O Sapientia.* l. ex Majorib. quae patent in Brev. post Vesp. Dom. praec., et sic respect. seq. dieb.

„ *In Eccl. Metrop. cant. 2. Miss. I. de Fest. post Tert. II. de Sab. post Non. in C. Viol. etc. ut ibi. et 23. Jun.*

„ *Post Complet. huj. diei usque ad Oct. Epiph. inclus. cessat Off. cujuslib. Oct. etc. ut supra 8. Febr.*

† 18 C. Viol. Dom. IV. Advent. 2. cl. De ea sem. Invit. etc. ut in Dom. praec., et ppr. loc. Miss. sine *Glor.* Or. ibi; Cr., Praef. SS. Trinit., et in fin. *Bened. Dno.* Vesp. de seq., com. Dom. Ant. *O Adonai.* In Hymn. *Virtus, honor. etc.*, et sic cras.

„ *In Eccl. Metrop. Min. etc. ut in Dom. I. Advent.*

19 C. A. Fer. 2. Expectat. Partus B. M. V. dup. maj. (*fuit heri.*) Off. ut in fin. Brev., com. fer. in L.

et M. ppr. in fin. Missal., Cr., ac Praef. *Et te in Expectat.* Ad Prim. ℣. *Qui ventur. es.* In 2. Vesp. loc. 5. Ant. *Ecce Ancilla.* dic. *De fructu etc.* cum Ps. *Memento*; com. seq. Ant. ppr., et fer. Ant. *O Radix.*

R 20 C. A. Fer. 3. (*Vigil. sine jejun. da qua nihil in Off.*) S. Josephi a Cupert. C. dup. (*fuit 18. Sept.*) *Mer. supr.*, lk et Ant. ad *Benedict.* ex Brev., com. fer. in L. et M. ppr. in Fol. nov., 3. Or. Vigil., et ejus Ev. in fin. Vesp. de seq., com. praec. Ant. ppr., et fer. Ant. *O Clavis.*

„ *In Eccl. Metrop. cant.* 2. *Miss. I. de Fest. post Tert. II. de Vigil. post Non.* 2. *Or.* fer., 3. Deus, qui de B. M. V., Bened. Dno., *et Ev.* S. Joan. *in fin. utriusq. Miss.*

R 21 C. R. Fer. 4. (*Jejunium.*) S. Thomae Ap. dup. 2. cl. Off. *ut* ibi; com. fer. Ant. *Nolite timere.* quæ hab. post ll. 3. n. huj. diei. Or. Dom. praec. in L. et M. ppr. cum Cr., et Praef. Ap. In 2. Vesp. com. seq. et fer. Ant. *O Oriens.*

R 22 C. A. Fer. 5. S. Joan. Franciscae Frem. Vid. dup. (*fuit 2. Octobr. in Brev. vero 21. Aug.*) Off. de Com. nec V. nec M., ll. 1. n. cur. fer. rel. ibi; com. fer. in L. et M. ppr. In Fol. nov. die 2. Octobr. Vesp. a cap. de seq. *mer. supr.*, com. praec., et fer. Ant. *O Rex.*

R 23 C. A. Fer. 6. (*Jejunium.*). S. Felicis de Valois C. dup. (*fuit 20. Nov.*); ll. 1. n. cur. fer., rel. ibi; com. fer. Ant. *Ecce completa.* ex Brev. ante fer. 2. praec. in L. et M. *Justus.* Or. ppr. In 2. Vesp. com. fer. Ant. *O Emmanuel.*

☾ **Hod. U. Q. hor. 1. m. 58. Vesp.**

24 C. Viol. Sab. Vigil. Nativit. D. N. J. C. *cum jejunio.* De ea. Ad Matut. Invit. *Hodie scietis.* Hymn. *Verbum supern.* Ant. et Ps. Sab. ex Psalt. omiss. Ant. et Ps. *Jubilate.* dic. Ant. et Ps. *Bonum est.* ut ibi. Absol. *A vincul.* Ben. *Ev. lect.* Ad Laud. et rel. Hor. fit Off. ritu dup. Miss. ppr. sine *Glor.* et sine *Cr.* cum unic. Or., et post Grad. omitt. *Allel.* et ℣. seq., et in fin. *Bened. Dno.* Vesp. de seq. sine com. In Hymn. *Jesu . . qui natus.*, et sic usque ad Epiph. exclus., et deinc. post *Alma*

Hebdomad. etc. [illegible] *post Festum*, et Or. Deus qui salut. [illegible] usque ad [illegible] Vesp. Purificat. B. M. V. 2. Febr. inclus.

In Eccl. Metrop. Miss. privat. Defun. Plerumq. vero pro commodo Moderatoris debet esse C. Ind. S. R. C. 22. Mart. 1817. N. 4377. ad 8.

Noctis et diei [illegible] *usque ad Off. Epiph. mutat.* [illegible] *Miss. Votiv. et Def.* [illegible] *de Adventu*, *non tamen prohib. Solemn. de Req. praes. Cadavere.*

Nocturnus celebratur, *hac nocte per* 3. *horas ad* [illegible] *expositum*.

In Eccl. Metrop. [illegible] *I. Miss. cant. post mediam noctem. II. Cras in Aurora, et* [illegible] *et hunc post Hor. Prim. III. in die post Tert.*

Ante Missae prohib. [illegible] *Nocturn. Pontif. et Regularib.*, *praeter Moniales*, [illegible] S. R. C. 22. Mart. 1806. N. 2936. ad 2.

Si quis Sacerdos die [illegible] *celebrare debeat* [illegible] *hora* [illegible], [illegible] *qui Calicem primo abluit*, [illegible] *purificato*, [illegible] *transferendo, vel pro reliquis Miss.* [illegible] *Necessitas* [illegible] *consumendi Sanguinis* [illegible] *abluitur, Sacerdos post sumpt. SS. Sanguinis Calici* [illegible] *imponat* [illegible] *Palla*, [illegible] *quod etiam* [illegible] *Calici* [illegible] *fit in expositione Sacramenti, in Sepulcro Fer. V. in Coena Dni.* [illegible] *ter mappula*, *et* [illegible] *Tabernaculo* [illegible] *in Altari supra Corporale usque dum* [illegible] *tempore* [illegible] *praeparationis* [illegible] *deferat ad* [illegible] *Eccl.* [illegible] *et in ultima Miss. illum purificet de more.* S. R. C. 18. [illegible] 1843. N. 4908.

25 C. N. Dom. (Comm.) Nativitas D. N. J. C. dup. 1. cl. cum Oct. (*Color Alb.*) Omn. ppr. ut Br. In Miss. [illegible] ad V. Et incarnatus est. [illegible] in Miss. Solemn. [illegible] Praef. et Communic. ppr. per Oct. Ad Prim. V. *Qui natus* usque ad Epiph. exclus. In 2 Vesp. Com. seq. [illegible] Com. SS. Martyr. Ant. etc. ex Lib. [illegible]

et M. ppr. in 2 Noct. Ev. Lc. 3. Or., et Praef. *Et te in Exspectat.* Ant. Pss. V. *Qui confitentur* etc. In 2. Vesp. hjr. D. Ant. *Stans Sanctus* etc. *De fructu* etc. cum Ps. *In exitu*; com. seq. Ant. ppr., et fer. Ant. *O Radix*.

R 20 C. A. Fer. 3. (*Vigil. non jejun. de qua nihil fit in Off.*) S. Josephi a Cuperti. C. dup. (*fuit 18. Sept.*) Alex. supr., L. et Ant. ad *Benedict.* ex Brev., cum fer. in L. et M., ppr. in Fol. nov., 3. Or. Vigil., et ejus Ev. in fin. Vesp. de seq., cum praeced. Ant. ppr., et fer. Ant. *O Clavis*.

In Eccl. Metrop. cant. 2. Missa: 1. de Fest. post Terc. 2. de Vigil. post Non. 2. Or. fer. 3. Benc. ppr. de B. M. V., Praef. Dnc., et Ev. S. Joan. in fin. ... Missae.

R 21 C. B. Fer. 4. (*Jejunium.*) S. Thomae Ap. dup. 2. cl. Off. ut in Fest., fer. Ant. *Nolite timere*, quae hab. post II. 2. n. hoj. dict. Or. Dom. praec. in L. et M. ppr. cum Cr., et Praef. Ap. In 2. Vesp. com. seq. et fer. Ant. *O Oriens*.

R 22 C. A. Fer. 5. S. Joan. Francisci Frem. Vid. dup. (*fuit 2. Octobr. in Brev. vero 21. Aug.*) Off. de Com. nec V. nec M. [illegible] Fer. in L. et M. ppr. in Fol. nov. die 3. Octobr. Vesp. a cap. de seq. nec. supr., com. praec., et fer. Ant. *O Rex*.

R 23 C. A. Fer. 6. (*Jejunium.*) S. Felicis de Valois C. dup. (*fuit 20. Nov.*) II. 1. n. cum fer. ... ppr. fer. Ant. *Ecce completa* ex Brev. ... 3. praec. in L. et M. *Justus*. Or. ppr. In 2. Vesp. com. fer. Ant. *O Emmanuel*.

Nov. L. d. hor. 1. m. 55. Vesp.

24 C. Vel. Sab. Vigil. Nativ. D. N. J. C. cum jejunio. De ea. Ad Mat. Invit. *Hodie scietis*. Hymn. *Verbum supernum*. Ant. et Pss. Sab. ex Psalt. omiss. Ant. et Ps. *Jubilate* etc. Ant. et Ps. Dnc. ... in dit. Amat. ... Ev. ... et rel. Hor. in Off. cum dup. Miss. ppr. sine Glor. et sine Cr. Com. unic. Or. et post Missam ... et V. seq., et in fin. *Benedicamus Dño*. Vesp. de [illegible] com. in Hymn. *Jesu* ... et sic usque ad Compl. exclus., et deinc. post Missam

Redempt. etc. dic. ℣. *Post Partum.* et Or. *Deus, qui salut.* usque ad 2. Vesp. Purificat. B. M. V. 2. Febr. inclus.

„ *In Eccl. Metrop. Min. utunt. Dalm., Pluviale vero pro canendo Martyrol. debet esse C. Viol.* S. R. C. 22. Mart. 1817. N. 4377. ad 8.

„ *Hodie et deinc. usque ad Oct. Epiph. inclus. prohib. Miss. Votiv., et Def., ac de cadente Anniv., non tamen prohib. Solem. de Req. praes. Corpore.*

„ *Sacerdos celebratur. seq. nocte per 6. horas sit jejunus ex congruentia.*

„ *In Eccl. Metrop. et alibi I. Miss. cant. post mediam noctem. II. Cras in Aurora, et non prius, nisi privileg. sit concess., et haec post Hor. Prim. III. in die post Tert.*

„ *Ante Auror. prohib. ministr. Sacram. Poenit. et Eucharist., praesert. Mulierib., exceptis gravit. infirmis.* S. R. C. 23. Mart. 1686. N. 2956. ad 2

„ *Si quis Sacerdos die seq. celebrare debeat in locis inter se dissitis, nec sit alius Sacerdos, qui Calicem primo adhibit. purificet, idem Calix transferend. est pro reliquis Miss. Ut autem decentiae ac reverentiae Sacramento debitae consulatur, Sacerdos post sumpt. SS. Sanguinis Calici impurificato imponat Patenam et Pallam, quas cooperiat velo, quod etiam circumligab. Calici* prout *fit in repositione* Sacrament. *in Sepulcro Fer. V. in Coena Dni. Calicem vero sic coopert. et circumligat., defectu Tabernaculi, relinq. in Altari super Corporale usque dum, suo tempore sic praeparatum decenter deferat ad aliam Eccl. ut ibi celebret etc, et in ultima Miss. illum purificet de more.* S. R. C. 16. Sept. 1815. N. 4365.

† 25 C. A. Dom. (*vacat.*) Nativitas D. N. J. C. dup. 1. cl. cum Oct. (*Fest. Pal.*) Omn. ppr. ut ibi. In Miss. Cr., ad cuj. ℣. **Et incarnatus est.** in Miss. Solemn. omn. genufl., Praef. et *Communic.* ppr. per Oct. Ad Prim. ℣. *Qui natus.* usque ad Epiph. exclus. In 2. Vesp. com. seq., et Omn. Ss. Martyr. Ant. etc. ex Lib. nov.

„ *Hodie prohib. Miss. in Orat. privat., nisi privileg. sit concess. infirmo, et Solemn. de Req. etiam praes. Cadav.*

„ *Hac die celebr. possunt* 3. *Miss. In I. et II. non purif. Calix, nec sumenda est ulla purificatio; Sacerdos enim omnes Miss. jejunus celebrare debet., et dictis Orat consuetis abluant. digiti in vase mundo, et abstergant. Purificatorio. Et si quis per accidens sumpserit purificat. in I. vel II. Miss. debet abstineri a celebr. aliar. Missar. Item in I. Miss. ad* Communic. *dic.* Et noctem. *In II. Miss. omitt. commem.* S. Anastasiae. *In III. vero sumunt. omnes purificat. et in ejus fin. legit.* Evang. Epiph. *Qui unicam Miss. celebrat dic. III. non vero I. vel II.*

† R | 26 | C. R. Fer. 2. S. Steph. Protom., et Commem. Omn. Ss. Martyr. dup. 2. cl. cum Oct. (*Fest. Praep.*). Off. ut ibi; com. Omn. Ss. Martyr. ex Lib. nov., et Oct. Nativ. Dni. in L. et M. ppr. (*Or. etc. pro SS. MM. ex Fol. nov.*); Cr., Praef., et *Communic.* ut heri. Vesp. de Nativ. a cap. S. Steph., com. Omn. Ss. Martyr., seq., et Oct. Nativ. Dni.

R | 27 | C. A. Fer. 3. S. Joan. Ap. et Evang. dup. 2. cl. cum Oct. Off. ut ibi; com. 2. Oct. in L. et M. ppr., Cr. etc. ut supra. Vesp. de Nativ. a cap. S. Joan., com. seq., et 2. Oct.

R | 28 | C. Viol. Fer. 4. Ss. Innocent. Mm. dup. 2. cl. cum Oct. Off. ut ibi. In 3. n. pro Ant. *Tradiderunt.* dic. *Isti sunt.*, et loc. *Te Deum.* dic. 9. ℟., com. 3. Oct. in L. et M. ppr. sine *Glor.* Ad *Grad.* omiss. *Allel.* et ℣. seq. dic. *Tract.*, Cr. etc., et in fin. *Bened. Dno.* Vesp. de Nativ. a cap. Ss. Innocent., com. seq., et 3. Oct

R | 29 | C. R. Fer. 5. S. Thomae Cantuar. Ep. M. sem., ll. 1. n. *A Mileto.*, rel. ibi; com. 4. Oct. in L. et M. ppr., Cr. etc. ut supra. Vesp. de Nativ. ritu dup. a cap. de seq. Or. *Praesta . . ut qui.*, com. Dom. infr. Oct. Nativ. Ant. *Dum medium.*, præc., et 4. Oct.

30 | C. R. Fer. 6. S. Nicephori M. dup., ll. 1. n. *Incip. Ep. ad Romanos.* ex Dom. infr. Oct., rel. in Lib. nov., 9. l. et com. Dom., et 4. Oct. in

L. et M. *Benedicite* [illegible] *Cr.* etc.
et Ev. Dom. in Oct. Nativ. de [illegible]
comm. praec. [illegible] *Puer Jesus* ad 4. Off.
Mod. L. [illegible]

R 31 C. A. Fest. S. Silvestri Pp. C. dup. [illegible]
4. Oct. in L. et M. ppr. cum 3. Or. *Deus, cuj. Misericordiae* etc. pro gratiar. actione, quae [illegible] post Miss. [illegible] Vesp. de Circumcisione sine ulla com. [illegible]
In Eccl. in qua [illegible] SS. *Eucharist. Sacramentum* [illegible] *Hymn. Te Deum in gratiar. actione pro beneficiis a Deo hoc anno collatis.*

LITTERA MARTYROL. ANNO SEQ. [illegible]

O. A. M. D. G. B. M. V. H.

Hodie prohib. Missae Orat. privatae, nisi privileg. vel conced. Infirmo, et Solemn. de Requiem praes. Cadav.

Hac die celebr. possunt 3. Miss. In I. et II. non purif. Calicem, sed superfusa est illa purificatio; Sacerdos enim tenetur Missas jejunus celebrare debet, et dicta Orat. communio abluunt digiti in vase mundo, et abstergunt. Purificatorio. Et si quis per accidens sumpserit purificat. in I. vel II. Miss. debet abstinere a celebr. aliar. Missar. Hinc in I. Miss. ad Communic. dic. Et memor. In II. Miss. omitt. commem. S. Anastasiae. In III. vero sumat. Calicis purificat. et in ejus fin. legit. Evang. Epiph. Qui unicam Miss. celebrat dic. III. non vero I. vel II.

26 C. R. Fer. 2. S. Steph. Protom., et Commem. Omn. SS. Martyr. dup. 2. cl. cum Oct. (*Fest. Praecep.*). Off. ut in Br.; com. Omn. SS. Martyr. ex Lib. nov., et Oct. Nativ. Dni. in L. et M. ppr. (*Or. de prec. SS. MM. ex Fol. nov.*); Cr., Praef. et Communic. de Nat. Vesp. de Nativ. a cap. S. Steph., com. Omn. SS. Martyr. seqq. et Oct. Nativ. Dni.

27 C. A. Fer. 3. S. Joan. Ap. et Evang. dup. 2. cl. cum Oct. Off. ut in Br.; com. 2. Oct. in L. et M. ppr., Cr. etc. ut supra. Vesp. de Nativ. a cap. S. Joan., com. seqq. et 2. Oct.

28 C. Viol. Fer. 4. SS. Innocent. Mm. dup. 2. cl. cum Oct. Off. ut in Br. In II. n. ppr. Ant. *Tradiderunt.* dic. [illegible], et loc. *Te Deum* dic. R. [illegible], com. 2. Oct. in L. et M. ppr. sine *Glor.* Ad Grad. unica. *Allel.* et [illegible] dic. *Tract.*, Cr. etc. et in fin. *Bened. Dom.* Vesp. de Nativ. a cap. SS. Innocent., com. seqq. et 3. Oct.

29 C. R. Fer. 5. S. Thomae Cantuar. Ep. M. semid. II. [illegible] *Mihi* [illegible] vel infr. com. 4. Oct. in L. et M. ppr., Cr. etc. ut supra. Vesp. de Nativ. ritu dup. a cap. de seq. Or. *Praesta ... adipisci.* com. Dom. infr. Oct. Nativ. Ant. *Dum medium.*, praec., et 4. Oct.

30 C. R. Fer. 6. S. Nicephori M. dup. II. [illegible] *Ep. ad Romanos*, vel Dom. infr. Oct., vel in L. [illegible], 9. l. et comm. Dom. et 4. Oct. in

L. et M. *In virtute.* Ev. *Si quis vult.*, Cr. etc., et Ev. Dom., in fin. Vesp. de Nativ. a cap. seq., com. praec., Dom. Ant. *Puer Jesus;* et 4. Oct.

● **Hod. L. N. hor. 8. m. 9. Vesp.**

R 31 C. A. Sab. S. Silvestri Pp. C. dup. ut ibi; com. 4. Oct. in L. et M. ppr. cum 6. Or. *Deus, cuj. Misericordiae etc.* pro gratiar. actione, quae patet post Miss. votiv. SS. Trinit., Cr. etc. Vesp. de Circumcisione sine ulla com. C. A.

„ *In Eccl. in quib. asserv. SS. Eucharist. Sacramentum Solemn. cantetur Hymn.* Te Deum. *in gratiar. actione pro beneficiis a Deo hoc anno collatis.*

LITTERA MARTYROL. PRO SEQ. ANNO ERIT a. MINUSC.

O. A. M. D. G. B. M. V. H.

SUFFRAGIA

DE SS. PATRONIS ET PROTECTOR. ARCHI – DIŒCESIS
DICENDA POST COMMEM. SS. AP. PETRI ET PAULI.

AD LAUDES.

Antiph. Laudemus Viros gloriosos, et parentes nostros, quorum sapientiam narrant populi, et fidem nunciat Eccles.

℣. Orate pro nobis Ss. Martyres, et Protectores.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Qui ℣. *et* ℟. *tam ad Laud. quam ad Vesp. dic. ab Oct. Epiph. usque ad Purificat. B. M. V. tant., deinc. vero, quia* ℣. Ora pro nobis etc. *dict. fuit pro S. Maria sumat.*

℣. Exultabunt Sancti in gloria.
℟. Lætabuntur in cubilibus suis.

Quae si in Off. recitata fuerint, loc. ipsor. dic.:

℣. Lætamini in Domino et exultate Justi.
℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Quae si quoque fuerint dicta, sumat.

℣. Exultent Justi in conspectu Dei.
℟. Et delectentur in lætitia.

OREMUS.

Precibus et meritis Ss. Martyrum tuorum Hilarii, Tatiani; Hermagoræ, et Fortunati concede nobis, Omnipotens et Misericors Deus, ut in fide, quam, Te docente, prædicarunt, humiliter, et constanter perseverantes, eorum gloriæ in æterna beatitudine copulari mereamur.

AD VESPERAS.

Antiph. Hi sunt Viri Sancti, qui pro testamento Dei laverunt stolas suas in Sanguine Agni, et ideo nomina eorum vivent in æternum.

℣. Orate pro nobis etc. ℟. Ut digni efficiamur etc. } *ut supra usque ad Purificat. deinceps.*
℣. Lætamini in Domino etc.
℟. Et gloriamini etc.

Quae si fuerint recitata dic,:
℣. Exultabunt Sancti etc.
℟. Lætabuntur etc.

Quae si parit. fuerint dicta sumat.
℣. Exultent Justi etc.
℟. Et delectentur etc.

OREMUS.

Precibus et meritis Ss. Martyrum tuorum etc. *ut supra.*

In devot, pub. pro Celsissimo et Reverendissimo Antistite nostro seq.

ORATIO.

Deus, omnium fidelium Pastor et Rector, Famulum tuum **Franciscum Xaverium**, quem Pastorem Ecclesiæ tuæ Goritiensi præesse voluisti, propitius respice; da ei quæsumus, verbo et exemplo, quibus præest proficere, ut ad vitam, una cum grege sibi credito, perveniat sempiternam. Per Dominum. etc.

CASUS RESERVATI.

A quibus, excepto casu necessitatis, nonnisi exquisita et obtenta a Celsiss. ac Reverendiss. Domino Ordinario facultate, absolvere licet.

I. Furtum rerum Sacrarum in loco Sacro commissum.

II. Abortus fœtus sive animati, sivi inanimati reipsa procuratus.

III. Homicidium voluntarium et intentum, sive per se, sive per alium, perpetratum.

IV. Actus venereus cum hæbreis, et inter Confessarium, ac Pœnitentem consumatus.

V. Attentatio machinationis, aut conjurationis contra terræ Principem.

EXAMINA GENERALIA,

pro beneficiis curatis habentur hoc anno:

Primum. **26.** Aprilis et sequentibus.

Secundum. **2.** Augusti et sequentibus.

DIES NORMALES.

Quibus omnis generis spectacula publica, saltationes delectationesque etc. in Statibus Cæsareo-regiis juxta Supremam Resolutionem die **19.** Augusti **1826.** datam. Decreto Excelsæ Cæs. Reg. Cancellariæ Aulicæ de dato **24** ejusdem Mensis ad n. **24337.** publicatam, ac Decreto Excelsi Cæs. Reg. Gubernii Litoralis sub die **19.** Septembris prædicti anni n. **17543.** horsum communicatam, prohibentur:

I. Ultimis tribus diebus Adventus;
II. In Festo Nativitatis Domini;
III. Feria IV. Cinerum;
IV. In Festo Annunt. B. M. V.;
V. A Dom. Palm. usque ad Dom. Resurrect. Domini inclusive;
VI. Dom. Pentecost.;
VII. In Festo SS. Corporis Christi;
VIII. In Festo Nativitatis B. M. V.

Insuper prohibentur Musicæ saltatoriæ et choreæ publicæ, æque ac privatæ, etiam toto Adventus Domini tempore, et sequentibus diebus usque ad Epiphaniam inclusive; a die Cinerum nsque ad Dominicam in Albis pariter inclusive; omnibus diebus jejunii de præcepto, nec non diebus Veneris et Sabbati per totum annum.

STATUS PERSONALIS

& LOCALIS

ARCHI-DIŒCESEOS GORITIENSIS

EXEUNTE MENSE NOVEMBRI 1852

APPENDIX

AD DIRECTORIUM LITURGICUM



GORITIÆ
TYPIS JOH. BAPT. SEITZ.

SERIES ANTISTITUM
AQUILEJENSIUM & GORITIENSIUM

CUM NOTIS

Series Antistitum Aquilejensium.

*Anni asterisco * notati certe determinari nequeunt.*

N.	Ab anno	Ad annum	1. Episcopi.
1	63*	. . .	S. Hermagoras, Germanus
2	. . .	90*	S. Hilarius seu Helarus, Aquilejensis
3	. . .	. . .	Chrysogonus I. Græcus
4	. . .	. . .	Chrysogonus II. Græcus
5	. . .	. . .	Agapitus
6	314	. . .	Theodorus
7	. . .	. . .	Benedictus
8	347	. . .	Fortunatianus, Afer
			2. Archiepiscopi.
9	369*	389*	S. Valerianus, Gallus
10	389*	407*	S. Chromatius, Aquilejensis
11	407*	. . .	Augustinus, Beneventanus
12	434*	. . .	Adelphus seu Delfinus, Altinas
13	. . .	. . .	Maximus
14	444	447*	Januarius, e Pola in Istria
15	451	454	Secundus, Salicus
16	454	485	S. Nicetas, Græcus (1
17	485*	. . .	Marcellianus, Græcus
18	500*	515	Marcellinus, Romanus
19	521*	. . .	Stephanus, Mediolanensis
20	529		Mecedonius

3. Patriarchae

	Ab anno	Ad annum	SCHISMATICI	ORTHODOXI
21	557	569	Paulinus I. seu Paulus Roman.	. . . .
22	569	571	Probinus, Beneventanus	. . . .
23	571	586	Elias, Græcus	. . . .
24	586	607	Severus, Ravennas	. . . .
			AQUILEJÆ	IN INSULA GRADO
25	607	. . .	Joannes I. Aquilejensis	607 Candidian.
26	. . .	. . .	Marcianus, Piranensis	Ariminensis
27	628	. . .	Fortunatus	612 Epiphanius
28	. . .	. . .	Felix	e Castro Uma-
29	. . .	. . .	Joannes II.	go in Istria.
30	. . .	. . .	Joannes III.	613 Cyprianus
				Polanus
				628. Primoge-
				nius, Aretin.
				648 Maximus,
				Dalmata
				668 Stephanus
				Parentinus
				673 Agatho, Ju-
				stinopolitan.
				685. Christoph.
				Polanus.

ORTHODOXI, SCHISM. SUBLATO, AQUILEJÆ.

31	698	711	Petrus I. Polanus
32	711	717	Serenus
33	717*	737*	Calistus
34	762*	776	Sigvaldus, Forojuliensis
35	776	802	S. Paulinus II. Forojuliensis
36	. . .	811*	Ursus I. qui et Urbanus
37	811*	. . .	Maxentius
38	. . .	847*	Andreas, Forojuliensis
39	847*	850*	Venantius, Italus
40	850*	871*	Teutimarus, Germanus
41	871*	874*	Lupo seu Lupus I.
42	875*	901*	Valpertus
43	901*	. . .	Fridericus I.
44	928	. . .	Leo, Forojuliensis

N.	Ab anno	Ad annum	
45	931	. . .	Ursus II.
46	. . .	. . .	Lupo seu Lupus II.
47	. . .	. . .	Hengelfredus, Germanus
48	963	. . .	Rodoaldus, Germanus
49	984	. . .	Joannes IV. Ravennas
50	1019	1042	Popo vel Volffgangus, Germanus
51	1042	1049	Eberardus, Germanus
52	1049	. . .	Goteboldus, Germanus
53	. . .	1068	Ravengerus seu Ravenger, Germanus
54	1068	1077	Sigeardus e Comitibus de Pleien, Germanus
55	1077	1084	Henricus, Germanus
56	1084	1085	Fridericus II. Slavus
57	1085	1122*	Uldaricus I. e Ducibus Carinthiæ qui et Volricus, Voldaricus et Vorlicus
58	1122	1128	Gerardus, Forojuliensis
59	1132	1161	Peregrinus I. e Ducibus Carinthiæ
60	1161	1182	Uldaricus II. e Comitibus de Treven.
61	1182	1195	Gotefredus
62	1195	1204	Peregrinus II.
63	1204	1218	Volcherus de Leubrechtskirchen, Germanus
64	1218	1251	Bertoldus ab Andechs
65	1251	1269	Gregorius de Montelongo, Campanus
	1269	1273	„ „ Sedes vacabat
66	1273	1299	Raimundus Turrianus, Mediolanensis
67	1299	1301	Petrus II. Gera, Ferentinas
68	1302	1315	Ottobonus de Razzis, Placentinus
69	1316	1318	Gastonus Turrianus, Mediolanensis
70	1319	1332	Paganus Turrianus, Mediolanensis
	1332	1334	„ „ Sedes vacabat
71	1334	1350	B. Bertrandus e Comitibus Scti Genesii Gallus
72	1350	1358	Nicolaus, Joannis Regis Boemiæ filius
73	1358	1365	Ludovicus Turrianus
74	1365	1381	Marquardus de Randeck, Augustanus
75	1381	1387	Philippus de Alenconio, Gallus
76	1387	1394	Joannes V. e Marchionibus Moraviæ
77	1395	1402	Antonius I. Cajetanus, Romanus
78	1402	1408	Antonius II. de Portogruaro – Antonius III. da Ponte, Venetus
79	1408	1435	Ludovicus II. Teckius, Hungarus
	1435	1439	„ „ Sedes vacabat

N.	Ab anno	Ad annum	
80	1439	1465	Ludovicus III. Scarampus Mediarota, Patavinus 1439. – Alexander, e ducibus Massoviæ, Polonus
	1465	1471	„ „ Sedes vacabat
81	1471*	1491	Marcus I. Card. Barbus, Venetus
82	1491	1493	Hermolaus I. Barbarus, Venetus
83	1493	1497	Nicolaus II. Donatus, Venetus
84	1498	1517	Dominicus Card. Grimanus, Venetus
85	1517	1546	Marinus Card. Grimanus, Venetus
86	1546	1592	Joannes VI. Grimanus, Venetus
87	1592	1616	Franciscus Barbarus, Venetus
88	1616	1622	Hermolaus II. Barbarus, Venetus
89	1622	1628	Antonius IV. Grimanus, Venetus
90	1628	1629	Augustinus II. Gradonicus, Venetus
91	1629	1656	Marcus II. Gradonicus, Venetus
92	1656	1657	Hieronymus Gradonicus, Venetus
93	1657	1699	Joannes VII. Card. Delfinus, Venetus
94	1699	1734	Dionysius Delfinus, Venetus
95	1737	1751	Daniel Card. Delfinus, Venetus.

Series Antistitum Goritiensium.

I. Archiepiscopi. S. R. I. Principes.

1	1752	1774	Carolus Michael e Comit. ab Attems Gorit. (2
2	1774	1784	Rudolphus Joseph. e Comit. ab Edling, Gorit.

II. Episcopi goritienses seu gradiscani.

3	1788	1816	Franciscus Philipp. e Comit. ab Inzaghi, Styr.
4	1819	1830	Josephus Walland, Carniolus

III. Archiepiscopi, Metropolitae regni illyrici.

	1830	1834	Josephus Walland, idem qui supra
5	1835		Franciscus Xaverius Luschin, Imp. Austr. Princeps, Carinthus.

ADNOTATIO.

Sancti Leonis Magni Epistola ad S. Niceam, seu Nicetam Episcopum Aquilejensem, de qua mentio fit in lectionibus huic Sancto propriis, in Libello Dioecesano novissimo contentis.

LEO EPISCOPUS, NICETÆ AQUILEJENSI EPISCOPO SALUTEM.

Regressus ad nos filius meus Adeotatus Diaconus Sedis nostrae, dilectionem tuam poposcisse memoravit, ut de his a Nobis authoritatem Apostolicae Sedis acciperes, quae quidem magnam difficultatem dijudicationis videntur adferre. Sed pro inspectione temporalium necessitatum adhibenda curatio est, ut vulnera, quae hostilitatis adversitate illata sunt, religionis maxime ratione sanentur.

CAP. I. *De fœminis quae occasione captivitatis virorum suorum, aliis nupserunt.*

Cum ergo per bellicam cladem, et per gravissimos hostilitatis incursus, ita quaedam dicatis divisa esse conjugia, ut abductis in captivitatem viris fœminae eorum remanserint destitutae: quae cum viros proprios, aut interemtos putarent, aut nunquam a dominatione crederent liberandos, ad aliorum conjugium solitudine cogente, transierint. Cumque nunc statu rerum, auxiliante Domino, in meliora converso, nonnulli eorum qui putabantur periisse, remeaverint, merito charitas tua videtur ambigere, quid de mulieribus, quae aliis junctae sunt viris, a nobis debeat ordinari. Sed quia novimus scriptum, quod a *Deo jungitur mulier viro,* et iterum praeceptum agnovimus, *ut quod Deus junxit, homo non separet:* necesse est, ut legitima- Prov. 19.14

rum fœdera nuptiarum redintegranda credamus, et remotis malis, quae hostilitas intulit, unicuique hoc quod legitime habuit, reformetur: omnique studio procurandum est, ut
Matt. 19. 6. recipiat unusquisque quod proprium est.

CAP. II. *An culpabilis, qui locum captivi mariti assumsit.*

Nec tamen culpabilis judicetur, et tanquam alieni juris pervasor habeatur, qui personam ejus mariti, qui jam non esse existimabatur, assumsit. Sic enim multa, quae ad eos, qui in captivitatem ducti sunt, pertinebant, in jus alienum transire potuerunt: et tamen plenum justitiae est, ut eisdem reversis propria reformentur. Quod si in mancipiis vel in agris, aut etiam in domibus ac possessionibus rite servatur: quanto magis in conjugiorum redintegratione faciendum est; ut quod bellica necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur?

CAP. III. *Restituendam esse uxorem pro marito.*

Et ideo, si viri post longam captivitatem reversi ita in dilectione suarum conjugum perseverent, ut eas cupiant in suum redire consortium, omittendum est et incurabile judicandum, quod necessitas intulit; et restituendum, quod fides poscit.

CAP. IV. *Excommunicandas esse mulieres ad primum maritum redire nolentes.*

Si autem aliquae mulieres ita posteriorum virorum amore sunt captae, ut malint cohaerere, quam ad legitimum redire consortium, merito sunt notandae; ita ut etiam Ecclesiastica communione priventur: quae de re excusabili contaminationem criminis elegerunt, ostendentes sibimet pro sua incontinentia placuisse, quod justa remissio poterat expiare. Redeant ergo in suum statum voluntaria

redintegratione conjugia, neque ullo modo ad opprobrium malae voluntatis trahatur, quod conditio necessitatis, extorsit: quia sicut hae mulieres, quae reverti ad viros suos nolunt, impiae habendae sunt; ita illae, quae in affectum ex Deo initum redeunt, merito sunt laudandae.

CAP. V. *De his qui captivi cum essent Idolothyta fame vel metu compellente comederunt.*

De his autem christianis, qui inter eos, a quibus fuerant captivati, immolaticiis cibis asseruntur esse polluti, consultationi charitatis tuae hoc etiam respondendum esse credidimus, ut pœnitentiae satisfactione purgentur, quae non tam temporis longitudine, quam cordis compunctione pensanda est. Et sive hoc terror extorserit, sive fames suaserit, non dubitetur abolendum, cum hujusmodi cibus pro metu aut indigentia, non pro religionis veneratione sit sumtus.

CAP. VI. *De his qui metu vel errore rebaptizati sunt.*

His vero, de quibus dilectio tua similiter nos credidit consulendos, qui ad iterandum baptismum vel metu coacti sunt, vel errore traducti, et nunc se contra Catholicæ fidei sacramentum egisse cognoscunt, ea custodienda est moderatio, qua in societatem nostram non nisi per poenitentiæ remedium, et per impositionem Episcopalis manus, communionis recipiant unitatem; tempora poenitudinis, habita moderatione, tuo constituente judicio, prout conversorum animos perspexeris esse devotos: pariter etiam habens senilis aetatis intuitum, et periculorum quorumque aut aegritudinis respiciens necessitates. In quibus si quis ita graviter urgeatur, ut dum adhuc poenitet, de salute ipsius desperetur, oportet ei per sacerdotalem solicitudinem communionis gratia subveniri.

Nam hi, qui baptismum ab haereticis acceperunt, cum antea baptizati non fuissent, sola invocatione Spiritus sancti per impositionem manuum Confirmandi sunt, quia formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumserunt. Et hanc regulam, ut scitis, servandam in omnibus Ecclesiis praedicamus, ut lavacrum semel initum, nulla iteratione violetur, dicente Apostolo: *Unus Dominus, una fides, unum baptisma.* Cujus ablutio nulla iteratione temeranda est, sed ut diximus, sola sanctificatio Spiritus sancti invocanda est: ut quod ab haereticis nemo accipit, a Catholicis sacerdotibus consequatur. Hanc autem epistolam nostram, quam ad consultationem tuae fraternitatis emisimus, ad omnes fratres et comprovinciales tuos Episcopos facies pervenire, ut in omnium observantia data prosit autoritas.

Data 12 Kalendarum Aprilium, Majoriano Augusto primum Consule.

Imprimatur in Calendario vel Directorio nostro
Goritiæ die 13. Augusti 1852.

† FRANCISCUS XAVERIUS
Archiepiscopus

Ex jam in hisce notis superioribus annis citata Provinciali et Archi-Diœcesana Synodo a Proto-Archiepiscopo nostro Carolo Michaëli e Comitibus ab Attems anno 1768 Goritiae celebrata, ad Cleri Populique instructionem, sequentia ponimus

CONSTITUTIO XVIII.

De sponsalibus.

Sponsalia ita dicta a spondendo, sunt stipulatio, seu promissio Voluntaria, deliberata, et mutua, signo sensibili expressa futuri Matrimonii inter Personas jure habiles, quae semel legitime contracta adeo gravem Matrimonii suo tempore celebrandi obligationem inducunt, ut nisi justa resiliendi causa subsit, sine gravis noxae reatu solvi, nisi mutuo contrahentium consensu, non possint. Quamobrem Parochi saepius inter Missarum solemnia, et alias suis Parochianis inculcent, ne inconsideranter, ac temere, sed matura deliberatione, adhibito parentum aliorumque prudentium consilio, implorata etiam pro felici successu ope Divina contractum sponsalitium ineant, et concludant; filiosque ac filias familias indesinenter moneant, ut intra modestiae, pudicitiae, ac Christianae honestatis limites sese contineant, nec sponsalia unquam, si supernae Benedictionis participes fieri, et faustum Matrimonii sui exitum sortiri cupiunt, sine parentum vel majorum scitu, et consensu — dummodo hi irrationabiliter inviti non sint — multo minus iis repugnantibus contrahant.

Sicut enim sine gravi culpa nullo modo parentes, et qui loco parentum sunt, nec directe, nec indirecte cogere *Bened. XIV. Inst. Eccl. 46. §. 16.* filios, aut sibi commissos possunt, quominus libere Matrimonia contrahant; ita filii quoque familias, qui invitis, ac insciis praedictis, contra sanctorum exemplum sponsalia contrahunt, aut nunquam, aut raro vacant culpa mortali, et detecto illorum dissensu, ea solvi possunt, etsi jurata sint.

Et quia e praecipiti, nec bene ponderato sponsalium contractu, gravia saepe incommoda nasci experientia teste novimus, praesertim si inconsiderate, sine rectae rationis ductu, clam remotis arbitris, aut testibus contrahantur, quo persaepe contingit, ut juvenes caeco naturae petulantis

impetu, formae blanditiarum, aut noxiae familiaritatis illico rapti promittant, et a puella sponsionis confirmandae cupida oblatum, aut non negatum corporis usum obtineant; mox vero ut inconstans, et levis plerumque est impudentis amoris indoles, remittente tantisper libidinis aestu in semetipsos reversi, admissae turpitudinis recordatione tacti, et prostitutae taedio ac contemptu incitati, amore in odium verso, fidem male datam violent, modosque et effugia quaerant, a sponsione ita facta resiliendi; unde inter sponsos jurgia, et inimicitiae, inter parentes odia, inter consanguineos simultates et dissidia, in Consistoriis et Tribunalibus convitia, perjuria, diffamationes et facultatum dispendia, in populo scandala et offensiones oriuntur.

Nos ut multiplicibus hujusmodi incommodis, quantum in Domino possumus, occurramus, et injecto petulanti libertati frœno, tam juventutis pudicitiae et honori, quam publicae quieti consulamus, opportune statuendum duximus, prout reipsa hac Nostra declaratione statuimus et ordinamus: *Primo*, ut sponsalia de futuro Matrimonio — nisi coram Parocho contracta fuerint — coram duobus testibus fide dignis celebrata in scripturam redigantur, si aliter remotis testibus, aut sine scriptura innita fuerint, nullam in foro externo pariant actionem, licet naturalem in foro conscientiae interno obligationem conservent; neque enim hac constitutione Nostra juri communi derogare volumus, sed juris abusum tantummodo praecavemus;

Secundo, sponsalia semel legitime, ut praefertur contracta, per Matrimonii coram Parocho, et duobus testibus celebrationem intra tres menses in facie Ecclesiae solemnizentur, neque haec solemnizatio ultra trimestre sine Nostra, vel Vicarii Nostri Generalis, aut districtualis Archidiaconi licentia differatur. Quodsi partes elapso altero a contractis sponsalibus mense consuetas, et a Concilio Tridentino praescriptas trinas denuntiationes a Parocho fieri non postulaverint, is ex officio nullo habito personarum respectu ad

denuntiationes procedat, et partes ad solemnizanda per subsequens Matrimonium sponsalia inducat;

Tertio, si quae puella verecundiae, honestatis, et ingenui pudoris oblita, contractis clam sponsalibus sub sponsione futuri Matrimonii corporis sui copiam promittenti fecerit, et se deflorari passa fuerit, omni pariter actione pro implendis in foro externo ecclesiastico hujusmodi sponsalibus, aut Matrimonii promissione careat, tametsi pro illorum executione actionem intentet, nisi arrhas, scripturam, testes, aliave signa, quibus efficaciter probet, contracta clam sponsalia postmodum saltem fuisse a parte ratificata, producere valeat.

Nec tamen hac Constitutione Nostra Arcidiaconis, Decanis, Parochis, Vicariis aliisque animarum Curatis interdictum volumus, quo minus partes amicabiliter componere, reum in foro poli vel ream ad implendam Matrimonii sponsionem hortari, ac defloratorem ad compensandam seu per Matrimonii celebrationem, seu aliter injuriam, ac damna inde subsecuta inducere possint.

Quinimmo, si deflorata actionem suam contra defloratorem non pro clandestinorum sponsalium executione, et celebrando secum in facie Ecclesiae Matrimonio, sed pro dotatione, expensis in partu, aut prolis alimentatione instituerit, ad producendam ejusmodi actionem admitti poterit.

Has porro constitutiones Nostras firmas, validas, et efficaces existere, suosque plenarios et integros effectus in omni Nostrae Archidiœcesis foro ecclesiastico sortiri, et obtinere volumus, decernentes, ut secundum illarum formam, et non aliter tam in Curia Nostra, quam per quoscunque Nostros in universa Archidiœcesi Delegatos Judices — sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi facultate — statuatur, judicetur, et definiatur, irritumque et innane declaramus quidquid secus super his a quopiam quovis praetextu, aut quaesito colore scienter aut ignoranter attentari contigerit.

Ne vero quispiam harum Constitutionum ignorationem allegare queat, praecipimus Parochis, omnibusque animarum Pastoribus, ut ad universorum notitiam, et improvidae juventutis cautellam, ter per singulos annos inter Missarum solemnia easdem populo exponant, videlicet: Dominica secunda Adventus, Dominica secunda post Pascha, et Dominica secunda post Pentecosten.

Confessarios denique tam de Clero saeculari quam regulari monitos volumus, ne in sacro Pœnitentiae tribunali pœnitentes hujusmodi, qui a contractis ita clandestinis sponsalibus sine justa causa resiliunt, praesertim si sponsae defloratio intercesserit, prius absolvant, quam promissionem factam reipsa compleverint, vel parti laesae satisfecerint, utque sponsos quoscumque diligenter instruant, de abstinendo ab osculis, tactibus, caeterisque actibus impuris, qui ob delectationem praesertim carnalem et sensualem juxta terminos propositionis 40 inter damnatas ab Alexandro VII. ob rationis paritatem neque inter ipsos licent.

CONSTITUTIO XIX.

De Sacramento Matrimonii.

Matrimonii fœdus ab ipso Mundi primordio in statu naturae integrae in officium, et humanitatis solatium, in statu naturae lapsae in concupiscentiae remedium, et fragilitatis humanae subsidium divinitus institutum, in lege Evangelica a Christo Domino ad Sacramenti dignitatem elevatum fuit, ut arctissimae illius, et ineffabilis conjunctionis, quae Christo cum Ecclesia sponsa sua intercedit, certum aliquod, et perpetuum inter fideles signum extaret.

Sacramentum hoc magnum est in Christo, et Ecclesia, atque ideo magna a fidelibus reverentia, et sanctitate recollendum. Quare Parochi tum inter Missarum solemnia frequenter, et alias, cum illud celebrari contigerit, ejus-

dem Sacramenti institutionem, vim, naturam, sanctitatem et finem parochianis suis explicabunt, ut illud suo tempore suscepturi non humanam, sed divinam rem se aggredi intelligant, seseque ad suscipiendos cœlestium benedictionum fructus, ut filios Sanctorum decet, religiosa animi praeparatione, et mentis puritate disponant.

Trinae denuntiationes a sacro Tridentino Concilio praescriptae tribus continuis, non tamen immediate consequentibus, festis diebus, vel in raro casu ex rationabili et urgente causa illis diebus, quibus frequentior esse solet populi concursus inter Missarum solemnia a proprio contrahentium Parocho faciendae, Matrimonii celebrationi semper praemittantur, nec sine Nostra, vel Vicarii Nostri Generalis, aut Archidiaconi illius districtus, in quo sponsi versantur, dispensatione in scriptis gravi tantummodo ex causa concedenda, vel omittantur, vel restringantur.

Matrimonio celebrando non praemissis denuntiationibus, nec obtenta ea de re ab Episcopo facultate, si assistat Parochus, suspensione ad triennium plectendus est, ex cap. cum inhibit. et §. finali, a qua suspensione toto illo triennio, nec quidem ab Episcopo absolvi potest. *Bened. XIV. in syn. Dioec. L. 7. c. 69. §. 2*

Si contrahentes non in eadem, sed diversis parochiis consistant, vel alteruter post annos pubertatis, quibus Matrimonium contrahere potuit, a sua parochia absit, in utraque parochia denuntiationes fiant, nec ante Parochus, cui competit, Matrimonio assistat, quam alterius Parochi attestationem de factis in sua parochia denuntiationibus, nulloque ibidem detecto impedimento canonico, receperit.

Etsi vero alterutrius sponsi Parochus, quantum ad Sacramenti valorem pertinet, Matrimonio assistere possit, volumus tamen, ut haec assistentia pro recepta Nostrae Archidiœcesi consuetudine a proprio sponsæ Parocho præstetur. Ad evitandas autem Parochorum altercationes declaramus, eum censeri debere proprium sponsæ Parochum in ordine ad assistendum Matrimonio, in cujus Parochia

sponsa tribus integris mensibus ante solemnizationem Matrimonii commorata fuit. Denuntiationes tamen in parochia originis exacte fieri volumus, nisi ut infra per Archidiaconos dispensandum fore toties, quoties judicetur.

